



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 26. Michaëlis Cæsenatis epistola.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



**Sæcul. XIV.** Justos pertinent omnia. Et postea:  
**A. C. 1333.** Quisquis Imperatorum ab Ecclesia Romana non accepit gladium, non est legitime gladio usus. Propterea Constantinus S. Silvestrojus gladii restituens monstrabat eo se haud legitime fuisse usum, cum non accepisset ab Ecclesia. Ac rursum: Unctio est, quæ Reges facit, & quam accipere nisi a Sacerdote nequeunt: ergo quilibet Princeps ab ecclesiastico Judice debet accipere sui confirmationem, executionemque potestatis suæ. Ad omnes has propositiones Alvarus Pelagius divini codicis, Juris pontificii, ac Decretalium locos affert multos, quos doctis discutiendos relinquo. Atque ista satis indicant, quam tunc doctrinam curia Romana tenuerit. Alvarus postmodo translatus est ad Silvensem Lusitanæ cathedram.

*Vad.* 1340.  
n. 11.

## §. XXVI.

*Michaëlis Cæsenatis epistola.*

**Gold. mon.**  
**to. 2. p. 1338.**  
**Sup. 6. 14.**  
**p. 1339.** Ineunte anno 1333 Michaël Cæsenas pro Ministro Fratrum Minorum Generali nunquam non se gerens epistolam dedit inscriptam cunctis Fratribus Ordinis fidem catholicam, & regulam per votum susceptam observantibus. Repetit ibi maximam partem eorum, quæ duos abhinc annos scripserat: sed apertius efferve-



effervescit in Papam, quem duntaxat Jacobum Cadurcensem contemptim nominat. Sic vero loquitur: Siquid aliquis Papa docet aut decidit contra fidem catholicam, hoc ipso incurrit in anathema & jacturam dignitatis suæ, fitque quovis catholico inferior. Id contigit Jacobo Cadurcensi. In principio sui pontificatus docuerat, Christum & Apostolos abdicasse omne dominium rerum profanarum. At postea desipiens, & opum cupiditate cæcus quatuor sanctiones contulit fidei ac Evangelio contrarias. Ac deinde semper de Papa loquens: Ex doctrina hæretici hujus illud conficitur, Christum fecisse fucum, cum diceret: *Regnum meum non est de hoc mundo*, nempe non contingit res profanas, ut S. Augustinus explicat. Michaël in fine imperat cunctis Fratribus, ut hanc epistolam frequenter legant suis in cœnobiis, multa ejus exemplaria scribant, & pro viribus evulgent. Dabat Monachii 24 Jan. 1333.

Sæcul. XIV.  
A.C. 1333.

p. 1343. l. 42.

In Joan.  
tract. II 5.  
n. 2.

## §. XXVII.

*Iterata belli sacri consilia.*

Interim Rex Philippus Valesius cum Papa de bello sacro agebat. Anno priorie die Veneris post festum S. Michaëlis

Cont. Nang.  
p. 757.

D d 2

2 Octo-